



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 6. Alius Horatij locus illustratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

perio iubere, ut legatur, *extra spem venia*. Verba
 subieci, è quibus hominis & cautio & modestia
 nosceretur. Mendosè in omnibus libris legatur
intra spem venia cautus, quæ scriptura mirè sortis
 omnes, qui in hanc Epistolam commentarios scrip-
 runt. Ego autem coniectura ductus, & ab ipsius
 tatis voce admonitus, locum corruptum ita emen-
 davi: & *extra spem venia cautus*. Neque hoc satis ad
 sanctionem. Si quis dissentire audeat, è doctorum no-
 mero summo iam iri. Sed ipsum audire præstat. Sic
 inquit, *legendum, quicquid obstrepant semidocti seu pseudo-*
indocti quidam. Nam quid peruer sui lectione vulgata? Hæc
 ille. Mihi verò siue semidocto, siue etiam, si quis
 malit, indocto seu pseudocto ille planè *extra spem ve-*
nia peccasse. In Horatiū nō hoc tantum loco videtur

Alius Horatij locus illustratus. CAP. VI.

HORATII versus sunt è primo Epistolarum:

Rupit Hyarbitan Timagenis emula lingua

Dum studet urbanus, tenditq; disertus haberi.

Quos in versus decuit interpretem illum, qui quic-
 quid vsquam viderat, legerat, audierat, somniauerat,
 αὐτῶ τῶν θυλάκων in commentarios suos congregabat, sic
 Timagene, si quid haberet, dicere. Et tamen in prioribus
 editione silentium: in posteriori pauca quædam et
 Suida. Prætermittenda certè non erant, quæ de eo leguntur
 apud Senecam libro tertio De ira: ex quibus & Timagenis
 maledicentia & cõtumax animus, & Augusti comitas ac
 facilitas optimè cognoscitur. Ad hæc poterant & illa
 Plutarchi, ex libro De discrimine actus latoris & amici.
 Τιμαγένης ἐξέπεσε τῆς Καίσης & φιλοῦ
 ἐλευθέρου μὲν ἐδέποτε φωνῆ χρησάμενος. ἐν ᾧ τοῖς συμπε-
 σίοις, καὶ τοῖς ἀπειπάτοις ἐκάστοτε πρὸς ἐδ' ἠπηνουῦ ἀπεδιδῶκεν
 ὁ, τὸ δ'

ἡπίστειτο γελῶν ἀργείοισιν, αἰτίαν φίλιας, ὡς περ σοφισμα
 ἡπίστειτο γελῶν ἀργείοισιν. Sed nō dubito, quin hæc quo-
 que habuerit in scidis & aduersariis suis: in quibus
 iam pridem notauerat quicquid alij aut iam dixerant,
 aut quandoque dicturi erant.

Illustratus locus Tibulli. CAP. VII.

DISTICHON est Tibulli ad amicam:

Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante:

Sed videar celo missus adesse tibi.

Cuius priorem partem interpretati sunt alij ex Plu-
 tarcho, eam videlicet Romanorum fuisse consuetu-
 dinem, vt domum ex peregrinatione redituri, præmit-
 terent, qui vxoribus nuntiarent ipsos aduentare, siue
 vt ille se diligentius ad viros decenter excipiendos
 prepararent: siue ne viri tamquam de illarum pudici-
 tia dubitantes, subito eas opprimere velle viderentur:
 siue, vt quidam alij dixerunt, ne repentina vis gaudij
 ex subito virorum adpectu eas grauiore aliquo in-
 commodo adficeret. Sed ad posteriorem versum ne-
 que adhuc, quod sciam, quidquam notauit, quo is illu-
 strer fieret. Sciendum igitur est, fuisse illud vulgare
 loquendi genus, vt celo missos dicerent, quos inopi-
 natio viderent. Neque mihi hoc credi postulo, sed gra-
 ti & erudito scriptori Minucio Felici, qui ita scribit
 in Octauio: *In hodiernum, inopinatio visus, celo missos,
 ignobiles & ignotos, terre filios nominamus.*

Refutatum impudens & impium mendacium Petri
 Criniti. CAP. VIII.

Petrus Crinitus Florentinus patrum nostrorum
 memoria libros aliquot scripsit De honesta disci-
 plina: de quibus in vniuersum quid sentiam, non ha-
 beto necesse dicere. Illud quidem certè negari non po-
 test, multa

Minucii
 Lectio
 III
 25